



**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni  
Bredenbachij S. Th. D.||**

**Bredenbach, Tilman**

**Coloniae Agrippinae, 1592**

**VD16 B 7378**

40. In festo transtationis S. Liborij quinque homines sub Missæ sacrificio  
variis debilitatibus liberati sunt.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](#)

LIBER I.

79

De puer quodam, qui oblatione & oratione in sacrificio Missie à gravi morbo curatus. Ex vita S. Launomani Carnotensis, Abbatis & Confessoris descripta à quodam eius coetaneo, qui vixit anno Domini 620.

CAP. XXXIX.

Qvodam die claudus illi (Launomano) oblatus est in ipsis monasterij foribus, idque ab illius ægri parente, qui ad eius genua se demittens, cum lachrymis exelamauit: Homo Dei, misericere mei, & huic pueru tuis precibus redde pristinam sanitatem, aut, donec is viuat, tuo sumptu hic illi vietus quotidianus ex officio misericordie subministretur. Cui ait vir Dei: Vnde mihi hæc virtus, qua tuo filio possim salutem restituere? creatoris hoc opus est, nō creature, interim verò potens est Deus, nec difficile est, illi præstare fideli tuæ hoc ipsum quod petis, sustine parumper, ac ynà cum filio tuo accipe benedictionem ac deinde recipere te licet ad locum, vnde huc venisti. Itaque sancto viro Missæ sacrificium offerente, & sub ipso sacrificio pro pueri salute Dominum obsecrante, solemní peracta prece, fragmēto panis benedicti (sic enim loquitur historiæ huius authoris) & patrem refecit, & puerum curauit, simulque ambos dimisit.

In festo translationis S. Liborij quinque homines sub Missæ sacrificio variis debilitatibus liberati sunt.  
Ex vita S. Liborij, testante F. Laur. Surio.

D 4 CAP.

## 80 COLLATION. SACRAR.

C A P. X L.

**I**gitur ingressi Saxoniam, præ nimia sibi  
uiante turba, vix gradum mouere poterat  
totis tamen nisibus iter accelerantes, tandem  
die tertio, id est. 5. Kalēdarium lunij, quo se  
sacra Pentecostes solemnitas agebatur, ad  
sideratam diu Paderbornēsem Ecclesiam p  
uenerunt. A qua cùm adhuc tribus distau  
milibus, iuxta fluuum quēdam Hedrabia  
catum, ob immensam multitudinem, que  
que ad memoratum locum sequi nō poterat  
in medio campo Missarum celebrauēre solle  
nia, quæ antequam finirentur, in eodem loco  
quinque pariter homines à variis debili  
bus liberati, causam immensæ admiratio  
& lœtitiae tantam Dei virtutem videnti po  
lo præbuere.

Pascasius Corbiensis lib. de corpore & sanguine  
mini in Eucharistia capite quadragesimo, &  
quentibus. Plegilus presbyter inter Missarum  
temnia, videt Christum in forma pueri in Eu  
charistia.

C A P. X L I.

**N**emo qui sanctorum vitas & exempla  
gerit, potest ignorare, quod sapientia  
mystica corporis & sanguinis sacramenta propter dubios, aut certe propter ardentes  
mantes C H R I S T V M visibili specie in  
gni forma, aut in carnis & sanguinis co  
monstrata sint, quatenus de se Christus o